



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 43. Decretum III. de impressione librorum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

Sæcul. XVI. arbitratur, quod Notarii Apostolicæ Sedis,
A.C. 1515 & ex Cardinalium familiaribus illi duntaxat privilegio exemptionis gaudeant, qui
 continui eorum commensales sunt. Statuit
 etiam, ut caussæ beneficiale dummodo be-
 neficia reservata non fuerint, nec viginti qua-
 tuor Ducatorum valorem redditus excedant,
 in prima instantia extra Curiam Romanam
 coram Ordinariis locorum terminentur, ita
 ut nulli ante definitivam sententiam liceat ap-
 pellare, nisi ab interlocutoria, vel a grava-
 mine, quod per appellationem a sententia de-
 finitiva reparari non possit. Si quis vero li-
 tigantium adversarii sui potentiam merito
 perhorrescat, seu alia probabili & honesta
 caussa aliter quam per proprium juramen-
 tum saltem semiplene probata occurrat, cauf-
 sæ ipsæ etiam in prima instantia in dicta Cu-
 ria cognosci & terminari possint. Prohibet
 etiam Principibus, ac Proceribus, ne
Ibid. p. 256. Ecclesiasticos molestent, Ecclesiarum bo-
 na occupent, vel Clericos ad vendenda
 beneficia, vel in Emphyteusin conceden-
 da compellant. Denique Metropolitanis
 injungit, ut Concilia Provincialia juxta
 S. Canonum præscripta celebrent.

§. XLIII.

Decretum III. de impressione librorum.

Collect. Conc. t. 14. p. 257. Post hæc Episcopus Nannensis tertium
 recitabat decreum super impressione
 libro-

librorum. In eo affirmat Pontifex, quod Sæcul. XVI.
licet literarum peritia per librorum le- A.C. 1515.
ctionem possit faciliter obtineri, ac ars Raynald. ad
imprimendi libros plurima mortalibus at- ann. 1515.
tulerit commoda, cum parva impensa li- n. 6.
brorum maxima habeatur copia, quibus
ingenia ad literarum studia percommode
exerceri, & viri eruditi in omni lingua-
rum genere præsertim autem tam probi
Catholici facile evadere possunt, ut eti-
am infideles sciant, & valeant sacris in-
stitutis instruere, Fideliumque collegio
per doctrinam Christianæ fidei salubriter
aggregare. Quia tamen multorum querela
Sedis Apostolicæ pulsavit auditum, quod
nonnulli hujus artis imprimendi Magistri li-
bros tam Græcæ, Hebraicæ, Arabicæ, &
Chaldeæ linguarum in latinum translatos,
quam alios, qui errores etiam in fide ac per-
niciose dogmata, atque contra famam per-
sonarum etiam dignitate fulgentium conti-
nent, imprimere, ac vendere præsumant;
volentes igitur de opportuno super his reme-
dio providere, sacro approbante Concilio,
statuimus, quod de cetero nullus liberum ali-
quem tam in urbe nostra, quam aliis quibus-
cunque civitatibus, & Diæcesibus imprima-
mat, nisi prius in urbe per Vicarium no-
strum, & sacri Palatii Magistrum; in aliis
vero civitatibus per Episcopum Diæcesanum,
vel per alium Doctorem ad id ab Episcopo
deputandum, ac per Inquisitorem hæreticæ

Sæcul. XVI. pravitatis in locis, in quibus librorum hu-
A.C. 1515. jusmodi impressio fieret, diligenter exami-
nentur, & per eorum manu propria subscriptionem, sub excommunicationis sententia
gratis sine dilatione imponendam, approben-
tur.

§. XLIV.

*Decretum IV. de Sanctione prag-
matica.*

*Conc. l. c.
p. 258.*

Denique quartum etiam Decretum a Petro Episcopo Castello-maris perlegebatur; quo Pontifex Gallos de novo pro ultimo & peremptorio termino requirit, & monet, ut in Concilii curia compareant ad allegandum ea, quæ in caussa Pragmatice, quo minus aboleretur, proponere voluerint, quapropter ante Kalendas Octobris proxime futuri omni excusatione & dilatatione cessantibus, legitime compareant. Quo termino elapso, ad ulteriora & terminacionem dicti negotii etiam definitiva sententia, atque eorum omnium Prælatorum, Abbatum & Clericorum Galliæ contumacia, & non comparitione minime obstantibus, in prima ex tunc futura Sessione procedatur.

Lecto hoc Decreto Solierius, Galliarum Regis Orator ad pedes Sanctitatis suæ accedens Prælatorum Franciæ absentiam excusavit, cauſſatus, eos a Romanæ urbis aditu impeditos fuisse